



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 23. Pacis consilia Angli cum Gallo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1492.

fia, qui olim Regis Moderator, vir pro more suo valde religiosus erat, tam gravi sermone rem Carolo proposuit, ut ipse restitutionem fieri consentiret, eo potissimum nomine, quod a quibusdam subornatis diceretur, jam ipsum Ludovicum XI. pene moriturum hac de re monitum præcepisse, ut ad exonerandam ejus conscientiam Ruscinonensis & Ceretanus comitatus redderentur Idem etiam Regi suaserat Borbonii Ducissa, de qua incertum extat, quanam in patrem suum pietate induta fuerit; cum enim de integra fide virorum, qui talia narrabant, nihil dubitaret, atque ad ultimam Patris sui voluntatem accurate adimplendam, sub poenæ æternæ metu sese obstringi existimaret, tanta sermonis vi Carolum fratrem suum expugnabat, ut quantocius restitutio fieri juberetur, dissidentibus nequidquam Senatoribus, proin Rex pro summo imperio rem decidisse merito dici potest. Ergo Ludovici de Ambasia Episcopi Albiensis opera Mense Januario anni sequentis instrumentum cessionis erectum, firmatumque fuit.

§. XXIII.

¶ *Pacis consilia Angli cum Gallo.*

Bacon. hist.
Henric. VII.

Hujus cessionis articulos non modo conceptos, sed pene jam utrinque firmatos

matos esse Bononiam, ubi Henricus ^{Sæcul. XV.}
 VII. castra posuerat, fama detulit, unde A.C. 1492.
 ab eo temporis articulo Rex pariter cum
 Gallo pacem inire, animo constituit,
 nec modicum proposito calcar addidit
 Maximiliani cunctatio, qua non modo
 promissa exequi negligebat, sed etiam,
 ac si de ipsius re non ageretur, vix bel-
 lum parabat, nonnisi exiguo armatus ex-
 ercitu, eoque male instructo, qui nec
 ornatu spectabilis, nec pecuniis aut ar-
 morum apparatu copiosus erat. Interea
 Cordæus Regis Angliæ animum ad pa-
 cem propensum edoctus, hac opportu-
 nitate usus est, eidemque, quæ ille ip-
 sus jamjam animo conceperat, exposuit,
 asserens, quod ei, cum Romanorum
 Rex, æque ac Ferdinandus datam fidem
 fefellissent, proin honesta aperiretur oc-
 casio, qua salvo suo honore ad sua re-
 verti posset; ad id vero ut Cordæus An-
 gliæ Regem eo citius induceret, eidem
 spondebat, Franciam ad id paratam se
 exhibere, ut pecunias, quas in nupero
 bello Britanniae Duci mutuas dedisset,
 solveret, ac præterea itineris expensas
 resarciret; Henricus ultroneis Gallorum
 promissis captus, oblatas Cordæi propo-
 sitiones lubens acceptabat, eo potissi-
 mum nomine, quod sua præsentia reg-
 no summopere esset necessaria, ut con-
 spirationem supprimeret, quæ ibidem
 con-

Secul. XV. conflari cæperat, occasione nata ex
A.C. 1492. quodam nominatissimo Perkinio seu Var-
 beco, de quo in progressu sermo redibit.

§. XXIV.

Pax in Congressu Stapulensi firmata.

Cum utraque pars pacem pari studio
 exoptaret, Henricus Rex Richar-
 dum Foxium Exoniæ Episcopum & no-
 bilem de Aubenayo Caleti Gubernato-
 rem Stapulas ablegat, ut ibidem de pace
 agerent cum Cordæo, cui Carolus Fran-
 ciæ Rex Halluinum, Piennetem, &
 Morvillerium socios adjunxit. Ut vero
 Henricus culpam penes Maximilianum
 residere ostenderet, eum ultimo monuit,
 ut Bononiensis urbis obsidioni præsens ad-
 esset, si vero proxima die cum copiis
 suis accurrere negligeret, se cum Gallis
 pacem initurum Henricus Rex eidem
 significavit. Maximiliano ad hæc nil re-
 spondente, Henricus ejus silentium pro
 repulsæ indicio habebat; quare cum
 Cordæo pacis articulos sanxit, firmavit-
 que, vi quorum a Gallis pactas accepit
 pecunias, quarum summa, si Mezeraio
 fides, ascendebat ad centum quinquaginta aureorum millia: Pater Daniel ve-
 ro numerum auget ad septingenta qua-
 draginta quinque millia, quolibet aureo
 ad

*Etaples.**Fiennes.**Bacon ibid.**Duchefnehist.**Angl. l. 19.**Mezer. ab-
 reg. Chron.
 hist. Carol.
 VIII.*